



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

6. Actio, Actor & Actus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

De Accus. Actione, Actore, & Actu. 3

facilius disp̄sante in matrimonij impedimentis cum diuitibus & potentibus lib. 8. disp. 19. num. 5.

Accusatio.

1. Accusare licet viro adultero iam dimisso, adulterium ante sententiam admisum, quāuis in prius iudicium non fuerit per viā actionis deductum ad instaurādum matrimonium lib. 10. disp. 9. num. 25.

2. Accusatio adulterij quoād pœnā criminalem, & ciuilem, præscribitur quinquennio secus dicendum, quoad petendum diuortium quod nunquam præscribit lib. 10. disp. 3. num. 9

Actio, Actor, & Actus.

1. Actio, cui datur eidem competit exceptio & retentio, lib. 6. disp. 38. num. 34.

2. Actus quando non valet ut agitur tunc valet eo modo quo valere potest quando est defectus ex parte causæ efficientis, lib. 1. disp. 20. num. 30. & disp. 21. num. 1. & 4.

3. Actus non operantur ultra intentionē agentium lib. 1. disp. 21. num. 1. & lib. 2. disp. 36. num. 3.

4. Actus præsumitur factus secundū propriam eius naturam lib. 1. disp. 37. num. 4. Et in dubio præsumitur factus ita, ut valeat, lib. 1. disp. 38. num. 4. & lib. 3. disp. 35. num. 19.

5. Actus appellatione non venit actus, qui inualidus est lib. 3. disp. 2. num. 5. Et actus inualidus non dicitur simpliciter talis, ibid.

A 2 6. Actus

4. *De Actione, Actore, & Actu.*

6. Actus annullatio, & irritatio est pœna, quando est in odium transgrediētis; secus dicendum quando imponitur propter defectum alicuius solemnitatis requisitæ ad faciendum actum, lib. 3. disp. 4. num. 8. & 9. Et obligat etiā ignorantes quoad nullitatēm actus, licet non quoad alias pœnas, lib. disp. 17. num. 10.

7. Actus præceptus fieri sub certa forma sine clausula annullatiua valet in ordinario ea omissa, secus dicendum delegato, lib. 3. dispur. 32. num. 1. & 3.

8. Actus vitiatur ex parte conditionis, non verò ex omissione modi, lib. 3. disp. 33. nu. 2. Et actus etiam validus manet forma omissa quæ iam in iure cōmuni inest, nisi constet contrarium ex intentione comitrentis formam, ibid. num. 3. & 4.

9. Si duo actus sicut eodem die, & non cōstat, qualis eorum præcedat, præsumitur præcedere ille, qui est necessarius ad actus valorē, lib. 3. disp. 35. num. 19.

10. Actus voluntatis non potest esse coactus simpliciter quoad actus Velle & nolle, secus dicendum de actibus exercitis per alias potentias, ut ambulare mouere membra, &c. lib. 4. disp. 1. num. 2.

11. Actus biaus inducit consuetudinē, lib. 4. disp. 1. nu. 22. & actus in uno casu permisus, & in alio prohibitus, in dubio censetur factus in casu permisso, lib. 6. disp. 9. num. 4.

12. Actore nil probante iuramentum deferen-

De Adoptione.

5

ferendum reo in causis coniugalibus , lib. 7.
disp. 113. num. 28.

13. Actus coniugalis in gratia exercitus,
debitisq; circumstantijs vestitus est merito-
rius , & confert gratiam ex opere operantis
tantum, lib. 9. disp. 1. num. 3.

Adoptio.

1. Adoptionis Iurisperitorum diffinitio
sic est, sc. actus legitimus, per quem fit filius,
aut nepos, qui non est penè naturam imitans;
Theologorum verò alia est, sc. Extraneæ per-
sonæ in filium vel nepotem, vel deinceps legi-
tima assumptio. Et est duplex quædam perfe-
cta , per quam adoptatus trāfit in potestatem
adoptantis, & illi succedit, & dicitur arroga-
tio. Altera imperfecta , quæ dicitur simplex
adoptio , per quam non transit adoptatus in
potestatem adoptantis, lib. 7. disp. 63. nu. 1. & 2.

2. Adoptatus per adoptionem simplicem
non est hæres necessarius ex testamento , be-
nè ab intestato : per arrogationem verò est
necessarius hæres ab intestato, & ex testamēto
in quarta bonorum parte: itē adoptari potest,
qui non est sui iuris, arrogari verò minimè: itē
adoptio potest fieri auctoritate iudicis cōpe-
tentis, arrogatio verò sola principis auctor-
itate , & arrogater tenetur satidare de resti-
tuendis bonis arrogati illis personis, ad quas
essent perueniunt. Item in adoptione non re-
quiritur verbum utriusque expressum: secus
in arrogatione, ibid. num. 2.

A 3 1 Ad-